



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Laurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

385. An Coadjutor teneatur etiam ad Missas impositas beneficio Coadjuti
impediti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Quaestio 384. Num Coadjutor possit, & teneatur inservire, dum Coadjutus non potest lucrari fructus, aut distributiones, eo quod v.g. sit juste excommunicatus, aut aliter culpabilis.

1. **R** Esp. primò Coadjutorem excludendum non esse ab assistentia in divinis officiis, aliisque muneribus praebendae ob excommunicationem Coadjuti. Castrop. tract. 13. d. 1. p. 10. n. 16. citans Leo. in thes. fori eccl. c. 19. n. 66. Garc. p. 4. c. 5. n. 84. quia Coadjutoria munia non praestat ex potestate accepta à Coadjuto; sed accepta à Papa. Castrop. Garc. ll. cit.

2. Resp. secundò teneri nihilominus illum inservire, etiam si Coadjutus ob ejus incapacitatem lucrari nequeat fructus, aut distributiones; quia obligatio illa inserviendi est propria, & non tantum causativa. Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 44. inhaerendo sententia Garciae & Castrop. de qua Paulò ante.

Quaestio 385. Num Coadjutor prater servitium chori teneatur quoque celebrare missas privatas ex fundatione impositas sanonnicatus, aut beneficio Coadjuti eo iuste imposito?

R Espondent affirmativè Pignat. tom. 4. consult. 185. n. 4. Ventrigl. loc. cit. juxta declarationem S. Congregat. rituum in Patavin. 3. Decemb. 1616, quam recitat Pignat.

Quaestio 386. Quibus mediis uti possit Coadjutus contra Coadjutorem renuentem deservire?

R Esp. Coadjuto dantur duo remedia. Alterum est, ut Coadjutus agat ad cassationem & annullationem Coadjutoriae, qua in re procedendum est servatis servandis ad hoc, ut cassata Coadjutoria licitum sit illi alium Coadjutorem adhibere, qui eius nomine debita cultui divino praestet obsequia. Alterum est, ut si malit, agat contra Coadjutorem ad id, quod sua interest servitium non fuisse praestitum, ita Tondut. qq. benef. p. 2. c. 1. §. 13. n. 26, citans Rotam. decis. 276. p. 1. recent.

Quaestio 387. An & qualiter Coadjutor teneatur residere?

1. **R** Esp. primò in genere. Quae dicta sunt de obligatione inserviendi, ea pariter locum habent de obligatione residendi; cum deservire nequeat, quin resideat. praeter quae expresse magis

2. Resp. secundò Coadjutores Rectorum parochialium instituti auctoritate Apostolica tenentur ad personalem residentiam ut rectores ipsi. Sic expresse declaravit S. Congregatio Cardinal. Trid. super explicatione c. 1. sess. 23. Gallemart. ibidem. n. 8. Goutz. gl. 5. §. 9. n. 17. Remouch. c. 73. n. 4. Ventrigl. loc. cit. n. 39. citans Campan. divers. jur. rubric. rub. 7. c. 6. n. 104. Neque enim est ratio, saltem ex aequitate considerabilis, quòd magis excusetur à personali residentia talis Coadjutor, quam ipse principalis. Remouch. loc. cit. verum ait Gonz. loc. cit. n. 122. loqui concilium ibi & S. Congregationem de Coadjutoribus rectorum capellanis titularibus ac verè beneficiatis.

3. Resp. tertio teneri quoque ad residentiam Coadjutores alios, puta Canonicorum, dignitatum; Coadjutoria siquidem reperta est, ut cultus divinus non fraudaretur debitis servitiis ad favorem ecclesiae, quae habet à Coadjutore illas operas,

quas Coadjutus praestare nequit ob inhabilitatem? Ventrigl. loc. cit. cum communi contra Navar. cons. 2. de cler. agrot. n. 4. Et quòd non solum teneatur Coadjutor residere, sed & divinis interesse & deservire, declaravit eadem S. Congregatio. 7. April. 1618. refte Aldau. in compend. canon. resol. l. 3. tit. 18. n. 14. apud Ventrigl. loc. cit.

4. Resp. quartò. Est haec residentia praecisa, & non tantum causativa, quo ad obligationem solvendi fructus Coadjuto ob non residentiam ab eo amissos. Ventrigl. loc. cit. Garc. p. 4. c. 5. n. 57. in fine. Castrop. loc. cit. n. 7. citans Farinac. tom. 1. decis. noviss. decis. 276. n. 4. contra Gonz. loc. cit. n. 122. & Barbof. de can. & dignit. c. 29. n. 15. Poterit siquidem Coadjutor non residens privati servato juris ordine Coadjutoria, eaque alteri concedi. Castrop. Ventrigl. ll. cit. juxta decis. Rotae 276. n. 3. p. 1. recent. apud Ventrigl. Neque obstat Coadjutorem obligatum esse solvere Coadjuto interesse & damnum, si non resideat, quòd minus Coadjutoria privati nequeat; quia in solutione hac spectatur interesse Coadjuti, in illa privatione servitium ecclesiae. Castrop. loc. cit. cum Farinac. ubi ante. Proceditque id ipsum sive teneatur residere adhuc, & inservire Coadjutor, et si Coadjutor ob infirmitatem aliove legitimum impedimentum non teneatur aliàs residere, aliàs non lucraturus distributiones quotidianas. Ventrigl. loc. cit. n. 40. adducens binas pro hoc decisiones Rotae.

Quaestio 388. An Coadjutor infirmus vel alio iusto impedimento detentus reputandus sit praesens, & lucretur, non secus, ac in eo casu lucraretur principalis?

R Esp. affirmativè Garc. loc. cit. n. 80. citans Rotam in Salamant. Coadjutoria. 20. Jun. 1594. Gonz. loc. cit. n. 13. citans Gratian. discept. forens. c. 166. n. 12. Ventrigl. loc. cit. n. 42. qui tamen id ipsum sic limitat, nisi Coadjutus sit sanus & habilis ad servendum; eò quòd tunc teneatur ipse inservire; aliàs non lucratur distributiones, nisi aliter sit dispositum ex forma literarum Apostolicarum, juxta dicenda inferius de lucracione distributionum. Ratio responsionis est, quòd obligationem interessendi divinus seu beneficio inserviendi, quam habebat Coadjutus transfudit in Coadjutorem, & consequenter sicut ipse excusabatur ob justum impedimentum, ita & ipse Coadjutor ob simile impedimentum. Castrop. loc. cit. Et haec procedunt sive tempore supervenientis impedimenti v.g. infirmitatis residueat Coadjutor sive non, sive infirmitas superveniens sufficit independenter à praecedente residentia. Castrop. loc. cit. contra Garciaam, loc. cit. n. 81. & Barbof. jur. eccl. l. 3. c. 10. n. 86. putantes quòd, si ante infirmitatem ex voluntate Coadjuti non serviret Coadjutor ob supervenientem infirmitatem, excusari illum non posse à servitio, ne detur locus fraudi in detrimentum servitii ecclesiastici.

Quaestio 389. An Coadjutor studens vel legens in Universitate, vel occupatus in servitio Episcopi, vel officium Inquisitoris exercens &c. habeatur pro praesente, & lucretur distributiones Coadjuto, ac si personaliter resideret, supposito quòd Coadjutus ipse ex his & similibus causis excusetur à residentia, & nihilominus fructus suae praebendae lucretur in absentia?

Resp.